



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, Vtrum ueniale peccatum diuidatur conuenienter contra mortale
peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

differe ad temporalia, quod hoc non est secundum se bonum animae, sed in ordine ad aliud. Bonum autem spirituale est secundum se bonum animae, per se loquendo, & propterea sicut se habet ad hoc, quod sunt bona, ita ad hoc quod privationes eorum sunt mala. Temporalia igitur, quia in ordine ad aliud, sunt bona, in ordine quoque ad aliud privationes eorum malitiam, vel bonitatem fortiumur, & poenae esse possunt, propter quod contingit esse pure medicinalia. Spiritualia vero, quae in se sunt bona animae, secundum se quoque privationes eorum sunt mala, ac per hoc nunquam sunt pure medicinalia: sed quae sunt medicinalia sunt poenae, & medicinalis respectu eiusdem. Et hoc intendit littera.

filij pro peccatis proprijs puniuntur, sed pro peccatis parentum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris.

RESPON. Dicendum, si loquamur de poena satisfactoria, quae voluntarie assumitur, contingit, quod unus portet poenam alterius, in quantum sunt quodam modo unum, sicut iam dictum est. Si autem loquamur de poena pro peccato infligta, in quantum habet rationem poenae, sic solus unusquisque pro peccato suo puniatur, quia actus peccati aliqui personae est. Si autem loquamur de poena, quae habet rationem medicinae, contingit, quod unus puniatur pro peccato alterius. Dicitur enim, quod detrimenta corporalium rerum, vel et ipsius corporis, sunt quaedam poenales medicinae ordinatae ad salutem animae. unde nihil prohibet talibus poenis aliquem puniri pro peccato alterius vel a Deo, vel ab homine, ut pote filios pro patribus, & subditos pro Dominis, in quantum sunt quaedam res eorum: ita tamen quod si filius, vel subditus est particeps culpa, huiusmodi poenalis defectus habet rationem poenae quantum ad utrumque. sicut enim qui puniatur, & est pro quo puniatur. Si vero non sit particeps culpa, habet rationem poenae quantum ad eum pro quo puniatur: quantum vero ad eum, qui puniatur, rationem medicinae tantum, nisi per accidens in quantum peccato alterius consentit: ordinatur enim ei ad bonum animae, si patienter sustineat. Poena vero spiritualis non sunt poenales tantum: quia bonum animae non ordinatur ad aliud melius bonum, unde in bonis animae nullus patitur detrimentum sine culpa propria, & propter hoc etiam talibus poenis, ut dicit Hier. in epistola ad Auitum, unus non puniatur pro alio: quia quantum ad animam filius non est res patris. unde & huius causam Dominus assignans dicit Ezech. 18. Omnes animae, meae sunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod utrumque dictum usque est referendum ad poenas temporales, vel corporales, in quantum filij sunt quaedam res parentum, & successores praedecessorum, vel si referantur ad poenas spirituales, hoc dicitur propter imitationem culpae. unde in Exod. additur. His qui oderunt me. Et in Matth. dicitur. Et vos implete mensuram patrum uestrorum. Dicit autem puniri peccata patrum in filiis, quia filij in peccatis parentum nutriti, pronio-

busdam sanctorum. Aduerte tamen hic, quod poena species mali est quod privationem boni debuit, quado, sicut & c. includit, ne putes omnem negationem boni spiritualis poenae rationem habere.

res sunt ad peccandum tum propter consuetudinem, tum etiam propter exemplum, patrum quasi auctoritatem sequentes: sunt et maiori poena digni, si poenas patrum uidentes, correcti non sunt. Idco autem addidit, In tertiam, & quartam generationem, quia tamen consueverunt homines uiuere, ut tertiam, & quartam generationem uideant, & sic mutuo uidere possunt, & filij peccata parentum ad imitandum, & patres poenas filiorum ad dolendum.

AD SECVNDVM dicendum, quod poenae illae sunt corporales, & temporales, quas iustitia humana uni pro peccato alterius infligit, & sunt remedia quaedam, uel medicinae contra culpas sequentes, ut uel ipsi, qui puniuntur, uel alij cohibeantur a similibus culpis.

AD TERTIVM dicendum, quod magis dicuntur puniri pro peccatis aliorum propinqui, quam extranei, tum quia poena propinquorum quodammodo redundat in illos, qui peccauerunt, ut dictum est, in quantum filius est quaedam res patris. Tum etiam quia, & domestica exempla, & domestica poenae magis mouent, unde quoniam aliquis nutritus est in peccatis parentum, uehementius ea sequitur, et si ex eorum poenis non est deterritus, obstinatio uidetur: unde & est maiori poena dignus.

QVAESTIO LXXXVIII. De peccato ueniali, & mortali, in sex articulos diuisa.

DEINDE quia peccatum ueniale, & mortale distinguuntur secundum reatum, considerandum est de eis. Et primo considerandum est de ueniali per comparationem ad mortale. Secundum, de ueniali secundum se.

- CIRCA primum quaeruntur sex. Primo, Vtrum ueniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale. Secundo, Vtrum distinguantur genere. Tertio, Vtrum ueniale peccatum sit dispositio ad mortale. Quarto, Vtrum ueniale peccatum possit fieri mortale. Quinto, Vtrum circumstantia aggravans possit de ueniali peccato facere mortale. Sexto, Vtrum peccatum mortale possit fieri ueniale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ueniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.

AD PRIMUM sic proceditur. Vt quod ueniale peccatum non conuenienter diuidatur contra mortale. Dicit enim August. 22. lib. contra Faustum.

Super Questionis 88. Articulus primus. In 1. art. q. 28. dubium occurrit ex Sco. in 2. 1. dist. 2. fen. expresse impugnantem, quod ueniale & mortale non distinguuntur ex eo, quod mortale inordinatione circa finem, ueniale autem circa ea, quae sunt ad finem impositae, quia utrumque potest esse & circa finem, & circa ea quae sunt ad finem: cum tamen author hic distinguat ueniale contra mortale ex dicta differentia. Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, quod author non intendit nisi de ueniali, & mortali ex genere, haec non distinguuntur ex obiectis. I. sine, & his quae sunt ad finem, obiectio autem procedit de mortali, & ueniali quomodo libet. Sed remanet tunc quaestio, quare absolute author de mortali, & ueniali tractans, ad ueniale, & mortale ex genere descendit. In hoc enim errasse uideatur manifeste, quod in communi tractans, de specialibus determinat, relicto communi. Propre-

Propterea licet dicta ratio sic vera quo ad materiam, formaliter tñ dicendum est, qd auctor loquitur de per se mortali, & per se veniali. semper enim ly, per se subintelligitur, & qd hac per se sumpta ex obiectis distinguuntur sine, & his quae sunt ad finē.

¶ Et cum dicitur, quod vtrunque potest esse circa vtrunque, respondetur, qd hoc nō est pe se, sed per accidens. Morus em animi ad adulteriū, vel infidelitatē, per accidens tantum est veniale, qd est imperfectus ex parte agentis, vepote non deliberatus. Et similiter motus animi in superfluo risum, per accidens est mortale, quia si ordinatur ad hoc in cōtemptū fidei p se n. loquendo, & iudicatio, actus secundum proprias materias, & fines eorumdem, nec mortale circa id, quod ad ad finē pure, nec veniale circa finē inordinatus est actus. Et formaliter litera saluatur dum de mortali, & veniali in comuni per se tñ, doctrina tradita est. Et quia per se mortale & veniale, & ex genere mortale, & veniale coincidunt, iō prima responsio fuit vera: quamvis non explicaret formale processum.

¶ 2. Præter. A postolus dicit r. Corinth. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite: sed contra hoc præceptum facit, quicumque peccat: non enim peccatum fit propter gloriam Dei. cū ergo facere contra præceptum fit peccatum mortale, vñ qd quicumque peccat, mortaliter peccet.

¶ 3. Præter. Quicumque amore aliqui rei inhæret, inhæret ei, vel sicut fruens, vel sicut vtens, vt patet per Aug. in 1. de doctr. Christiana: sed nullus peccans inhæret bono commutabili quasi vtens: non enim refert ipsum ad bonum, quod nos beatos facit, quod proprie est uti, ut August. dicit ibidem ergo quicumque peccat, fruitor bono commutabili: sed sui rebus utendis est humana peruersitas, ut Augustinus dicit in lib. 8. 3. quæst. Cum ergo peruersitas peccatū mortale nominetur, uidetur quod quicumque

secundum hanc partem sanus dicitur, quod non est eadem ratio de virtute, & vicio. Licet bono, & malo, quia bonū vno modo ex causa, scilicet malum aut omnifariam contingit. Et propterea appetitus circa materiam huiusmodi contingentes, proprie loquendo non ad bonitatem secundum quid, sed bonitatis continuationem spectat, appetitus autem malus in huiusmodi materia summationem malitiae, sed ad secundum quid materiam propter rationem dicitur. Allata autem regula de oppositione tenet, quando non est eadem ratio multiplicationis virtutis, non enim oportet eos simpliciter, scilicet substantiam multiplicare, sicut ens secundum quid, scilicet accedens ad genera distinguitur: quia non est vtrunque eadem ratio, est in proposito, vt patet ex dictis.

¶ Ad secundum dicitur, qd sicut omnis motus dicitur virtas in ordine ad priuationem vitæ, quæ est infirmitas mortalis, & simpliciter: ita omne peccatum dicitur peccatum in ordine ad peccatum, quod prius sine, quod est principium virtutis. Et vt ex diffinitione in litera ex Aug. patet, eum peccatum dicitur, factum, vel concupitum contra legem Dei, si sit contra legem Dei sine additione aliqua, veniale est additione, scilicet secundum quid: est enim contra legem Dei secundum quid: & constat quod contra legem Dei dicitur quid non potest intelligi, non præ intellectu contra legem absolute, sicut nec album secundum quid, sine albo, sed oportet, vt peccatum veniale non solum fm rem, sed etiam nominis rationem in ordine ad mortale dicatur, proprie in litera dicitur, quod veniale dicitur peccatum in ordine ad mortale, & in ordine ad mortale dicitur peccatum in ordine ad mortale, & in ordine ad mortale dicitur peccatum in ordine ad mortale.

¶ Et licet peccatum veniale possit esse in hoc, vel illi mortali, simpliciter tamen non potest esse absque mortali, nec infirmitas curabilis absque incurabili, qualis est peccatum immo si non esset peccatum mortale, nec veniale esset, non esset mors, non esset ægrotudo.

¶ Ad tertium dicitur, qd in verbis labora argum...

¶ Quæ est peccati mortale reliqua autem quæ sunt ad finem contingens, circa quæ est peccatum veniale, non spectant ad perfectionem, & imperfectionem simpliciter, sed secundum eundem. Vnde vterque modus venialium peccatorum potest perfectum peccatum. Indeliberati namque motus in malum...

peccat, mortaliter peccet. ¶ 4. Præter. Quicumque accedit ad vnum terminū, ex hoc ipso recedit ab alio: sed quicumque peccat, accedit ad bonum commutabile, ergo recedit a bono incommutabili: ergo peccat mortaliter. non ergo conuenienter peccatum veniale contra mortale diuiditur.

¶ Sed contra est, qd Aug. dicit in Hom. 7. super Ioan. qd crimē est, quod damnationē meretur: veniale autē est, quod non meretur damnationem. Sed crimen nominat peccatū mortale, ergo veniale peccatum conuenienter diuiditur contra mortale.

¶ Respon. Dicendum, qd aliqua fm quod proprie accipiuntur, non videntur esse opposita: quæ si metaphorice accipiuntur, opponi inueniuntur, sicut ride re non opponitur ei, quod est arescere: sed secundum quod ride re metaphorice de prato dicitur propter eius floritionem & virorem, opponitur ei, qd est arescere. Similiter si mortale proprie accipiatur, pro ut refertur ad mortē corporalē, non ut oppositionem habere cū veniali, nec ad idem genus pertinere: Sed si mortale accipiatur metaphorice, secundum quod

secundum hanc partem sanus dicitur, quod non est eadem ratio de virtute, & vicio. Licet bono, & malo, quia bonū vno modo ex causa, scilicet malum aut omnifariam contingit. Et propterea appetitus circa materiam huiusmodi contingentes, proprie loquendo non ad bonitatem secundum quid, sed bonitatis continuationem spectat, appetitus autem malus in huiusmodi materia summationem malitiae, sed ad secundum quid materiam propter rationem dicitur. Allata autem regula de oppositione tenet, quando non est eadem ratio multiplicationis virtutis, non enim oportet eos simpliciter, scilicet substantiam multiplicare, sicut ens secundum quid, scilicet accedens ad genera distinguitur: quia non est vtrunque eadem ratio, est in proposito, vt patet ex dictis.

¶ Ad secundum dicitur, qd sicut omnis motus dicitur virtas in ordine ad priuationem vitæ, quæ est infirmitas mortalis, & simpliciter: ita omne peccatum dicitur peccatum in ordine ad peccatum, quod prius sine, quod est principium virtutis. Et vt ex diffinitione in litera ex Aug. patet, eum peccatum dicitur, factum, vel concupitum contra legem Dei, si sit contra legem Dei sine additione aliqua, veniale est additione, scilicet secundum quid: est enim contra legem Dei secundum quid: & constat quod contra legem Dei dicitur quid non potest intelligi, non præ intellectu contra legem absolute, sicut nec album secundum quid, sine albo, sed oportet, vt peccatum veniale non solum fm rem, sed etiam nominis rationem in ordine ad mortale dicatur, proprie in litera dicitur, quod veniale dicitur peccatum in ordine ad mortale, & in ordine ad mortale dicitur peccatum in ordine ad mortale, & in ordine ad mortale dicitur peccatum in ordine ad mortale.

¶ Et licet peccatum veniale possit esse in hoc, vel illi mortali, simpliciter tamen non potest esse absque mortali, nec infirmitas curabilis absque incurabili, qualis est peccatum immo si non esset peccatum mortale, nec veniale esset, non esset mors, non esset ægrotudo.

¶ Ad tertium dicitur, qd in verbis labora argum...

Ex c. 3. & 4. habetur tom. 3.

q. 10. nō prout a prim. tom. 4.

mus gratis oē peccatum ueniale esse contra legem secundum quod, & hoc est esse prater legem. Et enim contra legem quicquid a legis sine discordat: si simpliciter, simplici teris secundum quod, secundum quid. Sed simpliciter a sine nō discordat, nisi quod contrarium inducit sine: secundum quid uero, quod finis affectionem impedit, illud in morali, hoc in ueniali requirit. Et uenialia quidem ex imperfectione actus sunt secundum quid, id est, secundum imperfectionem motum contra legem Dei, ut primus motus infidelitatis, & adulterij testatur. Venialia autem ex genere sunt secundum quid, id est, secundum materiam contra legem Dei, ut mendacium iocofum, & risus superfluis testantur. hoc autem contra legem quid, uocatur uno uocabulo lo prater legem. Ad pleniorē tamen doctrinam sciatis, quod cum dicitur ueniale ex genere esse prater, non contra legem, potest dupliciter intelligi. Primo, ut ita sit prater legem, ut contra nullam sit legem. Et in hoc sensu falsum est. Nam mendacium est secundum se prauum, & contrarium uirtuti, ac per hoc contra legem illius uirtutis: & tamen nō est mortale ex genere suo. Alio modo, ut sit prater legem, & non contra, quia nō est contra intentum finem legis. Et hoc modo contra nullam legem est ueniale: quia finis cuiusque legis est dilectio dei sui, ac proximi contra cuiuslibet bonum, nisi secundum quid, non sit per ueniale. Prater autem legem est, quia, ut in littera dicitur, debitus motus rationis a lege incensus non seruatur. In uenialibus quidem ex imperfectione actus uiolatur debitus modus rationis proueniens a ratione, uel de

df in peccatis, mortale opponit ei, quod est ueniale. Cum n. peccatum sit quaedā infirmitas animae, ut supra habitum est, peccatum aliquod mortale dicitur ad similitudinem morbi, qui dicitur mortalis, ex eo, quod inducit defectum irreparabilem per destinationē aliquis principij, ut dictum est. Principium autem spiritualis uitae, quae est secundum uirtutē, est ordo ad ultimum finem, ut supra dictum est, qui quidem si destitutus fuerit, reparari nō potest per aliquod principium intrinsecum, sed solum per uirtutem diuinam, ut supra dictum est, quia inordinationes eorum, quae sunt ad finem, reparantur ex fine, sicut error, qui accidit circa conclusiones per uirtutem principiorum. Defectus ergo ordinis ultimi finis nō potest per aliquid aliud reparari, quod sit principalius, sicut nec error, qui est circa principia: & ideo huiusmodi peccata dicitur mortalia quasi irreparabilia. Peccata autem, quae habent inordinationem circa ea, quae sunt ad finem, conseruato ordine ad ultimum finem, reparabilia sunt, & haec dicitur uenialia. Tunc enim peccatum ueniam habet, quoniam reatus pena tollitur, qui cessat cessante peccato, ut dictum est. Secundum hoc ergo mortale, & ueniale opponuntur, sicut reparabile, irreparabile, & hoc dico per principium interius, non autem per comparationem ad uirtutem diuinam, quae omne morbum, & corporalem, & spiritualement potest reparare, & per hoc ueniale peccatum conuenienter diuiditur contra mortale. AD PRIMVM ergo dicendum, quod diuisio peccati in ueniale & mortale, nō est diuisio generis in species, quae aequaliter participat rationem generis, sed analogi in ea de quibus praedicatur secundum prius & posterius: & ideo perfecta ratio peccati, quam Augustinus ponit, conuenit peccato mortali. Peccatum autem ueniale dicitur peccatum secundum rationem imperfectam, & in ordine ad peccatum mortale, sicut accidens dicitur ens in ordine ad substantiam, secundum imperfectam rationem entis. nō enim est contra legem: quia uenialiter peccans, non facit quod lex prohibet, nec praetermittit id, ad quod lex per praceptum obligat, sed facit prater legem: quia non obseruat modum rationis quem lex intendit. AD SECUNDVM dicendum, quod illud praceptum Apostoli est asseruatum, unde nō obligat ad

A semper: & sic non facit contra hoc praceptum quicumque non actu refert in gloriam Dei omne quod facit. Sufficit ergo, quod aliquis habitualiter referat se, & omnia sua in Deum ad hoc, quod non semper mortaliter peccet, cum aliquem actum non refert in gloriam Dei actualiter. Veniale autem peccatum non excludit habitualement ordinationem actus humani in gloriam Dei, sed solum actualement: quia non excludit charitatem, quae habitualiter ordinat in Deum. unde non sequitur, quod ille qui peccat uenialiter, peccet mortaliter. AD TERTIVM dicendum, quod ille qui peccat uenialiter, inhaeret bono temporali non ut fruens, quia non constituit in eo finem, sed ut utens referens in Deum non actu, sed habitu. AD QVARTVM dicendum, quod bonum commutabile non accipitur, ut terminus contrapositus incommutabili bono, nisi quando constituitur in eo finis. Quod enim est ad finem, non habet rationem termini.

ARTICVLVS II.
¶ *Super Quaestio. 88. Artic. secundum.*

¶ *utrum peccatum mortale, & ueniale differant genere.*

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum ueniale & mortale non differant genere, scilicet, quod aliquod sit peccatum mortale ex genere, & aliquod ueniale ex genere. Bonum enim & malum ex genere in actibus humanis accipitur per comparationem ad materiam, siue ad obiectum, ut supra dictum est: sed secundum quolibet obiectum, uel materiam contingit peccatum mortaliter & uenialiter, quodlibet bonum commutabile potest homo diligere uel infra Deum, quod est peccare uenialiter, uel supra Deum, quod est peccare mortaliter. ergo peccatum ueniale & mortale non differunt genere.

¶ 2 Præter. sicut dictum est supra, peccatum mortale dicitur, quod est irreparabile, peccatum autem ueniale quod est reparabile: sed esse irreparabile conuenit peccato quod sit ex malitia, quod secundum quosdam irreparabile dicitur: esse autem reparabile conuenit peccato quod sit per infirmitatem, uel ignorantiam, quod dicitur remissibile, ergo peccatum mortale & ueniale differunt, sicut peccatum quod est ex malitia commissum, uel ex infirmitate & ignorantia: sed secundum hoc non differunt peccata genere, sed causa, ut supra dictum est. ergo peccatum ueniale & mortale non differunt genere.

¶ 3 Præter. supra dictum est, quod subitū motus tamen sensualitatis, quam rationis sunt peccata uenialia: sed subitū motus inueniuntur in quolibet peccati genere. ergo non sunt aliqua peccata uenialia ex genere.

SED CONTRA est quod Augustinus in sermone de purgatorio enumerat quaedam genera peccatorum uenialium, & quaedam genera peccatorum mortalium.

RESPOND. Dicendum, quod peccatum ueniale a ueniale dicitur. Potest igitur aliquod peccatum dici ueniale uno modo, quia est ueniam consecutum: & sic dicit Am-

liberationem in uenialibus uero ex genere uiolatur debitus modus, quod secundum rationem referenda est materia illa ad finem.

IN art. 3. eiusdem 88 quaest. nota distinctio peccati tam uenialis, quam mortalis ex genere, & ex parte agentis. Et memento rationis ad secundum, quod 72. superius artic. 5. qua dictum est, quod ex hoc, quod ueniale & mortale inueniuntur differre genere ex parte obiecti, non habet quod differrentia uenialis, & mortalis sit specifica id est, constitutiva generis, uel speciei sub alterius, sed quod consequatur distinctionem specificam seu genericam in his.

Sup. q. 73. art. 5. & 2. di. 14. q. 3. ar. 6. ad 6. & di. 42. q. 1. 2. 4. cor. & 4. di. 16. q. 3. ar. 2. q. 4. ad 5. Et mal. q. 2. ar. 3. cc. & q. 7. ar. 1. Et op. 3. c. 178. q. 18. art. 2. et 3.

ar. preced.

q. 76. 77. et 78. q. 76. ar. 3. ad 3. et art. 10.

In ser. 4. de animab. defunctorū et est ser. 41. in ordine, t. 10.

brof.